



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 18. Vt honorem Latinis, ita Græcis ονιθ[ος] & κλε[ος] ambigua  
vocabulæ esse.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

quod aut à rege petere non auderet Semiramis, ut  
petenti rex audiret negare. Ergo cum aliquando im-  
cisset in sermone, quiddam se valde cupere, respe-  
cam, quicquid tandem illud esset, aperte ac liberè pro-  
ferte iussisset: Cuperem, inquit, hoc mihi à te mibi  
ut unum modò dicens federe mihi liceret in solio meo  
& ius dicere: utque omnes toto illo die, quernadmo-  
dum tibi faciunt, ita mihi obtemperarent. Risisti  
& quod petebatur, concessisti. nec mora. edicitur, yter-  
to quodam die omnes Semiramidi dicto audientes  
sint, ita regi placere: eam illo die, regio imperio ac  
testate praesesse omnibus. ubi ille aduenit dies: mulier  
regio cultu in solio assedit. fit concursus maximus. illa  
de principio, experiendi caussa, quedam hæc magna  
momenti imperat. ubi serior omnes sibi omnibus in  
rebus parere videntur, iubet satellitibus, ac stipatoribus  
corporis regij, ut regem ipsum comprehendant. com-  
prehenditur. ut vinciant. vincitur. ut interficiant. in-  
terficitur. ita imperium ex diurno diuturnum efficitur.  
hæc est, quæ Babylonem muris latericis cinctum: cum  
horti illi pensiles tantam admirationem habuerunt:  
quæ cum equo concubuisse dicitur: quæ postremo  
cum filij quoque sui concubitum petiisset, ab eo tra-  
data memoratur.

*Vt honorem Latinus, ita Græcis ὄντες & καὶ οἱ ανθρά-  
guæ vocabula esse. C A P . X V I I I .*

**S**IGNIFICATIONIS ambiguæ verbum esse be-  
norem, tradidit Gellius: idque probauit his verbis  
ex Oratione Q. Metelli Numidici de triumpho sors  
Quia in re quanto vniuersi me unum antestatus, tanto robis,  
quam mihi, maiorem iniuriam atque contumeliam facit,  
Quirites. Et quanto probi iniuriam facilius accipies,

quam alteri tradunt: tanto ille vobis, quam mibi, peiores bonorem habuit. Nam me injuriam fecere, vos facere vult, Quirites: ut hic conquestio, istic rituperatio relinquatur. Eodem autem modo Græci quoque ὄντες, cum ferè in infamiae ac turpitudinis significatione ponatur: non dumquam tamen pro gloria accipiunt. ut,

Καλόν γε μοι τέρειδες οὐ κονείδεις. &c.

Οὐκαν κάνεισθον ὄντες. &c.

Καλόν γε ὄντες τοῖς νεανίσκοις.

Sed & κλέος non nunquam in malam partem accipitur. idque non ex eo tantum intelligi potest, quod apud Homerum sæpe legitur καλὸν κλέος: ut ex eo concimus, esse etiam aliquod κλέος & καλόν: sed multò magis ex hoc Euripidi versu, quem apud ipsum dicit Helena:

Οὐπα γενι Ελένην αἰχθόντα κλέος καλόν;  
In illis autem Metelli verbis nescio, an illud annotare  
debeam: *facere contumeliam*, quod loquendi genus Ci-  
cero in Antonio reprehenderat, legi. sed & apud Plau-  
tum, & apud Terentium crebra illius exempla sunt.  
Neque tamen iniuria notauerat Antonium Cicero:  
quod vulgo creditur. nam Antonius ita dixerat, *facere*  
*contumeliam*, ut, *facere* *dannum*, aut *facere* *iactoram*  
dicitur. quo modo nunquam quisquam, opinor,  
præter eum locutus reperietur.

Correctus locus ex Oratione Ciceronis pro Domo sua.

C A P V T X I X .

VOCABULUM, actus, pro eo quod Græci dicunt  
ἐπεγγένεται, planè barbarum est, & priscis illis tem-  
poribus, quibus Romani sermonis integritas viguit,  
inaditum. eo tamen non nullos vti video, & quidem  
etiam, quise non Latinè modò, sed etiā si diis placet,  
Cicero-

Muretti  
Lectiones  
LIB  
25